



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

De appellatione quae fit ab Inquisitore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Postremo videndum est, quid fieri debeat ubi inquisitor recusatus est, in hoc articulo, ut ex tota hac Emerici serie disputationis colligitur, bisariam potest inquisitor recusari: Aut quia reum non servato iuris ordine aggravavit: Aut quia eius est inimicus. Si ob primam causam recusatio sit proposita, duas regulas tradit auctor ut possit evitari, quas nec refello, nec approbo: quia ea potius pertinent ad modum de appellatione inquisitoris, quam ad hunc de recusatione: ut mox dicam, cuius est recusatione interposita quiescere.

Si ob secundam causam recusetur, Emericus hic quando vero delatus aperte sentit, arbitros esse eligendos, qui de recusationis causa cognoscant, iuxta cap. suspitionis. de offic. delegati. et c. cum speciali de appellatione. idem tenere videtur Umberto Locutus in opere iudiciali verbo, recusatio. Caterum decentius et honestius est, ne iudicium eludatur, et negotium catholice fidei differatur, et ut omnibus occasio facile recusandi inquisitorem auferatur, ut nulli arbitri eligantur: sed causa recusationis ad supremum inquisitionis Senatuum est remittenda, ut ibi summam recognita, vel inquisitor recusatus regatur seu prohibeatur, ne iudicet in ea causa: vel contra iudicare iubeatur, dummodo semper meminerimus ob friuolas et leves recusationis causas non esse prohibendum inquisitorem ne iudicet.

Atque hac sententia de non eligendis arbitris, sed de remittenda recusationis causa ad supremum Senatuum in Hispania Madriliana quadam instructione edita anno Domini M. D. L. X. I. cap. 5. 2. sancta est his verbis a nobis latine redditis. Si aliqui ex Inquisitoribus ab aliquo reo fuerit recusatus si Inquisitor habuerit collegam, qui fuerit praesens, debet tunc a cognitione illius causae abstinere, & certiores facere Senatuum, & interim collegam suum procedat quod si collegam non habeat, similiter faciat Senatui certiores, & interim non procedat in ea causa, donec visis, & examinatis causis suspitionis, Senatuum decernat quid fieri debeat, atque hoc ipsum fiet cum omnes Inquisitores fuerint recusati. haec ibi.

Hanc vero sententiam et ordinem in recusatione servandum omnino existimo, tum quia tutissimum hoc est et securissimum, tum etiam quoniam in iudice recusationis perinde est in heresis causa iudicandum atque in iudice appellationis. Manifestum est autem, quod cum in hoc crimine admittitur appellatio, ab Inquisitore ad Papam, aut ad supremum Senatuum appellatur, ut dicemus in tit. sequenti, traditque copiose Zanchinus tract. de heret. c. 29. ita ergo videtur penitus in recusatione faciendum.

Et concedo sibi talem quem petit in advocatum, & talem in procuratorem. Haec verba diligenter sunt observanda: quoniam saepe vidimus dubitari, an Inquisitor debeat reo petenti hunc vel illum advocatum concedere alium ab eis qui sunt ordinarii advocati constituti in officio inquisitionis. et profecto non obstat quod in sacro officio deputati sunt advocati, cum expedire viderit Inquisitor potest alium constituere, seu concedere reo petenti: cum enim non reperitur in iure sibi denegatum quominus possit hoc facere, concessum esse videtur per ge-

neralitate textus in c. ut commissi. §. advocandi. de heret. lib. 6.

Expedire autem videbitur, quoties advocatus deputatus reo repertus sit inimicus, aut alias infenso in eum animo, vel ex aliqua causa suspectus: nam tunc petenti alium, concedet. sed et ex officio quandoque alium dabit, cum cognatus vel affinis ipsius advocati fuerit delatus. iam ex pluribus alijs causis possunt haec fieri, quae nominatim a nobis prescribi non possunt.

Cum vero novi advocati conceduntur, memnerit Inquisitor prius circa eos observandas esse eas iuris solemnitates, quas supra tradidimus tit. de defensionibus reorum. §. et sic concedetur sibi advocatus. De procuratore (si is etiam concedendus fuerit) eadem sunt accipienda.

Sic quod infra tale certum tempus, scilicet octo dies, ambo, &c. Jam monui paulo antea in hac causa non esse arbitros eligendos. caterum si contingeret quandoque eos eligi, haec verba sunt declaranda. dicit ergo Emericus, ut arbitri intra tale certum tempus iudicent de causa recusationis, quoniam tempus, intra quod arbitri terminare debent causam, non est a iure taxatum: sed iudex recusatus id debet praefigere, intra quod nisi arbitri iudicarint de causa recusationis, tunc iudex recusatus cognoscere poterit de causa principali. c. legitima. de appella. li. 6. ibi: Infra quem (scilicet terminum) in idem conveniat, vel tertium concorditer advo-cent, cum quo ambo, vel alter eorum, eius sulpicionis negotium terminare procurent: alioqui iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. haec ibi. quae non latuerunt Emericum, dum paulo post dicit: Si autem adveniente termino, &c.

Tempus arbitris concessum ad terminandam causam, non est iure taxatum.

De appellatione quae fit ab Inquisitore.

QUARTVM quod prorogat & dilatat iudicium, sententiam & processum Inquisitoris, est delatus ab Inquisitore appellatio: & haec interdum est aliqua atque iusta, interdum est friuola atque nulla. Quando enim delatus sentit ab Inquisitore realiter & de facto contra ius & iustitiam aggravatum, utpote, quia non vult eum ad se defendendum admittere, vel solus sine Episcopo seu Vicario pronuntiauit delatum questionare, & similia non fida, & appellat ab Inquisitore, huiusmodi gravamina allegando, atque apostolos saepe & saepius postulando: tunc Inquisitor appellatione huiusmodi sibi praesentata sine turbatione atque metu debet petere copiam appellationis protestans verbo, quod non currat sibi tempus. Et cum ipse delatus tradiderit sibi copiam, adhuc inquisitor habet duos dies ad respondendum: & post haec habet adhuc triginta ad apostolos exhibendum: Et licet statim possit respondere, & apostolos dare, istos vel illos, ubi multum sit peritus: tamen, ut cautius procedatur, melius est aliquem terminum vel decem, vel viginti, vel vigintiquinque dierum eidem ad dandum pariter & recipiendum apostolos, quales dare decernit, assignare, cum potestate prorogandi infra tempus iuris.

Et infra tēpus assignatum debet diligēter atēdere, & discutere causas appellationis, seu grauamina allegata; & si videt habito bono cōsilio peritorum, q̄ iniuste & indebite delatum aggrauauit, se ad defendendum eum non admittēdo, vel solus & per se sine Episcopo, vel eius Vicario eundem delatum quæstionandū pronūcian do, vel similia, adueniente termino assignato corrigat errorem suū, & reducat processum ad punctum & statum, in quo erat, quādo defensiones ille petiuit, vel terminum ad interloquendū assignauit, & similia; & tollat grauamen, quo oblatō procedet prout ante: quia per amotionem grauaminis, appellatio, quæ erat aliqua, fit nulla. iuxta ca. Cum cessante, extra de appel.

Grauamina
repa a litig
dam, alia nō

Attendat autē circumspēctus & prouidus Inquisitor, q̄ quædam sunt grauamina reparabilia vt sunt ista, de quibus statim dictum est; & tūc habet locum modus prædictus. Quædam autem sunt irreparabilia, vt pote si delatus iā fuerit quæstionatus realiter, & de facto, & post euadens appellat: vel si libri sunt ab eo recepti pariter & cōbusti, & similia, quæ nequeūt reparari nec reuocari: & tunc non habet locum modus prædictus scilicet processū ad statū reduceret, in quo fuit grauamen huiusmodi irrogatum.

Attendat etiam Inquisitor, q̄ licet a die respōsionis habeat triginta dies ad Apostolos exhibēdum, iuxta ca. Ab eo. de appella. li. 6. & possit petenti apostolos assignare vltimam diē iuris, hoc est trigēsimam ad apostolos recipiendū; tamen ne videatur, quod vult vexare delatum, & de vexatione indebita reddat se suspēctū; & ne videatur confirmare grauamen sibi impositum propter qd̄ exiit appellatū; melius est, qd̄ assignet infra tempus iuris terminum competentem, vt pote decem dierum vel viginti, & potest postmodum (si expedire viderit) adueniēte termino, pro rogare, dicendo se fuisse alijs negotijs fidei implectum, vel huiusmodi.

Attendat etiam Inquisitor, quod quando præfiget terminum appellanti, & apostolos petenti, quod non assignet solum ad apostolos dandum, sed ad dandum pariter & recipiendum: quia si assignaret ad dandum, tunc Inquisitor a quo appellatur, haberet eis mittere assignabit ergo appellanti terminum, hoc est, talem diem, talis anni, vt pote vigēsimam 7̄ mensis Augusti ad dandum ei, & recipiendū ab Inquisitore apostolos tales, quales decreuerit se daturum.

† al. decimā.

Attēdat etiam Inquisitor, quod in assignatione termini, non dicat respondendo, quod dabit apostolos negatiuos, nec quod dabit affirmatiuos, sed (vt possit interim plenius deliberare) dicet, quod exhibebit tales, quales tunc ei, decreuerit exhibēdos.

Attendat etiam Inquisitor, quod in assignatione huiusmodi termini appellanti, vt tollatur omnis cautela, & prouideatur & astutiæ & malitiæ appellatis; assignet locum in specie, diem, & horam, vt pote q̄ assignet vigēsimā diem Augusti anni præsentis, & horam vesperorum, & camerā ipsius Inquisitoris, in domo Prædicatorum

talis ciuitatis, vel loci sitam, tali appellanti ad dandum & recipiendum tales apostolos, quales tunc decreuerit exhibēdos.

Attendat etiam astutus & circūspēctus Inquisitor, quod si ipse decreuerit in animo suo deinde delatum, crimine requirente, & iniustitia exigēte: in termini assignatione ponat, quod assignat talem terminum ad dandum & recipiendum personaliter apostolos ipsi appellanti, aut ignetq̄ talem locum ipsi appellanti ad dandum eidem, & recipiendū ab eodem apostolos, de quo sit in potestate Inquisitoris appellantem libere detinere, datis prius tamen statum apostolis negatiuis, alias non.

Attendatque Inquisitor, ne aliquid innouet circa appellantem, ipsūm capiendū vel quæstionandū, seu a carcere liberandū, seu alias, ab hora, qua fuit eidem appellatio præsentata, vsq; ad horam, qua tradidit apostolos negatiuos.

Quando vero delatus dubitat, quin contra se feratur sententia, quia constat sibi de culpa sua frequenter recurrit ad appellationis remediū, vt sic subterfugiat Inquisitoris iudiciū; & sic ab Inquisitore appellat, & causas frivolas assignat vt pote, quod Inquisitor eum captum tenuit, & cautioni idoneæ eū tradere noluit, & similia frivola colorata: quia appellatione Inquisitori præsentata, Inquisitor copiā appellationis petat, qua habita statum, vel post duos dies respondeat, in qua respōsione diem, & horam, & locum appellanti ad dandum & recipiendū apostolos tales, quales decreuerit, præfigat, infra terminum tamē iuris, vt pote x. xv. xx. vel vigēsimū quintū diē, talis mensis, infra quem terminum assignatum Inquisitor copiā appellationis, & grauamina seu causas, propter quas appellat, diligenter discutiat, & cū bono consilio peritorū delibere, an exhibeat appellanti apostolos negatiuos, hoc est respōsiones negatiuas, appellatione nō admittendo: vel affirmatiuos, hoc est, respōsiones affirmatiuas & reuerētiales, mittēdas ad iudicem, ad quē appellatur, appellationi deferēdo.

Si enim videat quod causa appellationis sunt falsæ vel frivole, atque nullæ, & quod appellans nō vult nisi iudicium subterfugere, seu prorogare, det apostolos negatiuos seu refutatorios. Si autem videat, quod grauamina sunt vera, & iniuste sibi illata, & nō sunt reparabilia: vel dubitat si est ita, vel alias fatigatus propter malitiā appellantis, vult se a tā onere liberare: exhibeat appellanti apostolos affirmatiuos seu reuerētiales. Adueniente igitur appellanti termino assignato, si Inquisitor nondum formauit apostolos seu respōsiones, vel alias non est dispositus, peremptorie potest prorogare simul, vel successiue vsque ad trigēsimū diem, qui est vltimus terminus iuris ad exhibēdum apostolos assignatos: si autē formauit, & est dispositus, potest itatim dare apostolos appellanti.

Si igitur decreuerit dare apostolos negatiuos seu refutatorios, adueniēte termino peremptorio assignato, exhibebis per modum qui sequitur in scriptis.

Forma